



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCCXL. Markgraf Heinrich von Brandenburg verspricht dem Herzoge
Friedrich, event. dem Herzog Liupold von Oesterreich, seine Stimme zur
Königswahl zu geben, am 1. Mai 1314.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

belegelt mit unfer Stad Infegele. Diffe Rede is gheschen tu Wolmerstede, na Goddes Gheborth dufent Jar druhunderth Jar an deme vertendeme Jare, an deme neiften Dimftdaghe na deme Twelften.

Nach dem im K. Geh. Kabinet-Archive befindlichen Original. Hofer's Aelteste Urk. deutsch. Sprache S. 102. Nr. 29. Gercken's Cod. IV, 460 und Lenj Siftsch. v. Magdeb. 522.

CCCCXL. Markgraf Heinrich von Brandenburg verspricht dem Herzoge Friedrich, event. dem Herzog Liupold von Oesterreich, seine Stimme zur Königswahl zu geben, am 1. Mai 1314.

Nos Heinricus, dei gratia Brandenburgensis et Landespergensis Marchio, ad vniuersorum presens scriptum intuentium noticiam cupimus peruenire, Quod nos ex certa scientia et interposicione nostre bone fidei promissimus et promittimus per presentes Illustri Principi Liupoldo duci Austrie et Styrie, affini nostro karissimo, pro se et magnifico Principe Friderico duce Austrie, fratre suo, stipulanti, quod eundem Fridericum, affinem nostrum karissimum, in quantum humana fragilitas nosce finit, ceteris Romani Regni principibus digniorem, ex virtute juris eligendi vel quasi Regem Romanorum, quod apud nos et quosdam alios principes coelectores nostros exiltere et residere dinoscitur, sperantes vt ipsius sublimatio in augmentum iurium et honorum Imperii venire debeat, in termino et loco ad eligendum, ab eis, quorum interest, presigendis, in quantum in nobis est vel esse poterit, certitudinaliter eligemus in Regem Romanorum, in Imperatorem successu temporis volente domino promouendum, in ipsum liberaliter tamquam in futurum Romanorum principem directuri vota nostra et consensum beniuolum tacitum et expressum. Si vero eundem Fridericum, ducem Austrie, antequam eligeretur, contingeret, quod absit, decedere, aut ipsum ne eligeretur casu aliquo prepediri, in memoratum Liupoldum, fratrem suum, affinem nostrum karissimum, tamquam in Romanum Regem in Imperatorum postmodum promouendum extunc prout exnunc, in loco et termino ad hoc presigendis, dirigeremus, modo, quo supra dicitur, vota nostra et consensum nostrum voluntarium tacitum et expressum, nos ad hoc tenore presentium specialiter obligantes. Promittimus etiam bona fide, quod alterutrum eorundem in Regem Romanorum electum, et ante coronationem et post, n jure sibi ex electione et coronatione huiusmodi acquisito, dolo et fraude prorsus exclusis, manu tenebimus et iuabimus pro viribus, ope, consilio et fauore. In quorum omnium et cuiuslibet de premissis evidenciam atque robur, sigillum nostrum profitemur nos presentibus appendisse. Datum Spire, kalend. Maij, anno domini millesimo trecentesimo quarto decimo.

Nach dem Original im K. K. Geh. Haus-, Hof- und Staats Archive zu Wien. — Vergl. König's Reichs-Archiv (Bd. IX.) Part. spec. Cont. II, Thl. II, S. 229. Duellii Frideric. pulcher. 26. Dumont Corps dipl. I, Nr. 4. Mentschlager Staatsgeschichte Urk. S. 57. Suchbels Gesch. der Ehurm. V, Urk. Anh. S. 7.